

cepit **I**deo ipsa humilitas quo
 dammodo mē xpi fuit. **I**sta humi
 litate ista mlier habuit secū. a iō
 exaudiri meruit **I**uxta illud ps.
Respexit in orōem humilium ac.
Qz humilitate secū habuit ista
 oñt exemplo. verbo a facto. **E**xem
 plo. qz xpm humiliter adorauit.
 verbo: qz catellū se asseruit. facto.
 qz inter iudeos humiliter ouersa
 batur. qd fuit magne virtutis cū
 iudei essent supbi. **I**nter supbos
 em humiliter scire cōuersari ma
 gna virtus ē. **D**uo em humiles a
 mansueti pñt adinūcē pacificari.
 duo aut supbi nunq pñt pacifi
 cari adinūcē nec ouenire. **V**ide
 em q duo corpa plana pñt ad i
 uicem applicari. **V**num autē cor
 pus spiciū a vñū cōcauum adin
 uicē applicari possunt. qz corpus
 cōcauum recipit in se suā cōcauita
 tem a alterius tumorez. **D**uo em
 corpa spetica adinūcē applicari
 non pñt nisi in puncto. **E**odez mō
 duo hoies humiles a māfueti ad
 inūcē pñt letari. **V**nde ps. **A**udi
 ant māfueti a letet. **X**ps fuit hu
 milis. discipuli fuerunt humiles
Ista aut mlier humilis. ideo a ad
 inūcē bene oueniebant. a xps e
 preces exaudiebat. vnus at hu
 milis a vnus supbus pñt adinū
 cem pacificari. qz humilis intra
 suā humilitate recipit a supportat
 alterius tumiditate. **P**s. **C**ū hñs
 qui oderunt pacē erā pacificus.
Eodez mō ista mulier chananæa

erat humilis a iudei superbi: qui
 sub iugauert eā in seruitutē: a tñ
 cum eis sciebat viuere: a eorum
 supbiā humiliter portare. **D**uo au
 tem supbi ad inūcem pacificari
 nō possunt nisi in puncto. **P**ūge
 re quidem possunt. pacifice autē
 viuere non pñt. **P**rou. xix. **I**nter
 supbos semp iurgia sunt.

Dñica oculi. **S**ermo. xix.

Erat ihs eiciens demoni
 um: a illud erat mutum.
Lu. vi. **N**otare debemus
 fm cū hū nature qz res diuersoz
 contrariorū simul a semel in se stae
 non pñt. vt aqua a ignis. lupus
 a ouis. anima a dyabolus. quia
 ibi est contrarietas. **I**deo homo
 cogitans se habere lupum: id est
 dyabolum: debet sibi suum nidū
 destruere per penitentiam. tunc fu
 git ne occidat ouē a aiām. **I**tem
 si senserit ignem concupiscentie:
 debet extinguere aqua lacrimaz
 a p elemosinarum largitionem.
 quia sicut aqua extinguit ignem.
 ita elemosina extinguit peccatū.
Ite si cogitat damnum quod lu
 pus a ignis possunt sibi inferre:
 debet festinare ad xpm vt ab eo
 separetur. a ideo homines habentes
 hoīem infirmum a obsessum:
 festinabant ad xpm. **E**t de hoc i
 euangelio dicitur. **D**ominus nē

ihesus xristus a homo volens nos
omnes saluare in anima a corpo
re. predicabat regnū dei a multa
signa fecit. **¶** 8 p cipientes amici
cuiusdam hois obsessi. a spiritu
malignum habētis mutum qui
hominē illum fecit mutum a sur
dum. rogabant amici eius vt sa
naret eum. a ipse eiecit demoniū.
a locutus est mutus. a admirati
sunt turbe. Quidā autē q̄ circum
stabant dixerunt. In bēlzebub
principe demoniorum eiicit demo
nia. Et alij temptantes signū de ce
lo querebant ab eo. Ipse autem
vt vidit cogitationes eorū: dixit il
lis in parabolis. Omne regnum i
se diuisum desolabitur. Et sic do
mus supra domum cadet. Si autē
a sathanas diuisus ē: quomodo
stabit regnum suum. Quia dict
is me i potestate bēlzebub eiice
re dyabolum. Si ego in potestate
dyaboli eiicio demonia. filij v̄stri
a sancti apostoli qui sunt de sem
ine v̄stro in quo eiiciunt ipsi qui
bus ego dedi potestatem eiicere de
mones. Ergo q̄ ipsi credūt in me
a vos non creditis michi: idō ipsi
iudices erunt v̄stri in die iudicii.
¶ Porro v̄ certe. si ego in digito dei
v̄m potestate diuina ego eiicio de
monia: profecto v̄ merito puenit
contra vos regnum dei: ita q̄ nun
q̄ intrabitis. **¶** Item alia parabo
la. Cum fortis armatus custodit
atrium suum scilicet domum: in
pace sunt omnia que possidet in

illo. Sed si fortior illo superuenerit
a vicerit eum: aufert v̄niuersa in
quibus confidebat: a spolia eius
distribuet. Ita q̄ non ē meū ad
uersum me ē: sicut vos pharisei
estis. Et qui non colligit mecum:
dispergit sicut dyabolus. **¶** Item alia
parabola. Cum immundus spiri
tus exierit ab homine per peniten
tiā expellendo eum: ambulat tunc
per loca arida q̄rens requiem in
penitentibus a in abstinentib⁹.
a ieiunantibus: sed non inuenit
ibi requiē. Dicit. Reuertar in do
mum meam vnde exiui. Et cum ve
nerit inuenit eā scopis bene mun
datam a ornatam. Et tunc vadit
a assumit septem alios spiritus
nequiores se a ingressi habitant
ibi. a nouissima hominis huius
fiūt peiora priorib⁹. Et ista parabola
ē de istis qui non mundant se ab
omnibus peccatis p scrobam con
fessionis. Et p̄ festum pasche ca
dunt in septem peccata mortalia
que sunt peiora q̄ dyabolus quia
omnes dyaboli non possunt vnā
animam perdere in gehennam si
homo esset iustus a tamen vnum
peccatum mortale perdit animā
eternaliter. Et ideo ait. **¶** Hī septē
sunt nequiores dyabolo. **¶** Cū autē
hoc signum vidit a parabolas eius
quedā mulier martilla nomine
que fuit ministra marie magda
lene extollēs vocē de turba x̄p̄m
laudādo dicens Beatus venter q̄
te portauit: a v̄tra que fuisti. At

ipse dixit **Q**uinimmo & potius sunt
beati qui audiunt verbum dei: et
custodiunt illud opere adimplen
do. **A**d thema. **E**rat ihesus eiciens
demonium & illud erat mutum. **C**

Nota quatuor sunt demones qui
eijciuntur quatuor virtutibus.

Primus vocatur asmodeus: & ille est
demon luxurie & expellitur per ca
stitate. **S**ecundus vocatur beelze
bub. & iste est demon gula. et ex
pellitur per mortis memoriā. **T**erci
us est mammon. & iste est demō
auaricie & eijciatur p misericordiā

Quartus est demon superbie & di
citur lucifer: & eijciatur per humi
litate. **Q**uia vt dicitur cōtraria

cōtrarijs curantur. **P**rimus de
mon vocatur asmodeus & ille est de
mon luxurie. **D**e quo dicitur in li
bro thobie: vbi in figura legim⁹
q̄ erat quidam vir habens pul
chram virginem nomine saram
quam tradidit cuidam iuueni in
matrimoniu. **E**t in prima nocte
venit asmodeus demon & occidit
virum vel iuuenem. **P**ostea tra
didit eam alteri: & fecit similiter
asmodeus. **E**t postea tercio: et sic
septem viros iugulauit: & virgo
sara permansit. **T**andē tradidit
eā iuueni thobie: qui ex consilio
angeli in prima nocte cum virgi
ne surrexit: & ambo orauerunt. ie
cū piscis super ignē posuerunt &
asmodē eiecerunt. **I**ta p sara
virginem pulchrā spiritualiter
nota animarū deuotam que ē sine

peccato mortali pulchra est. & tē
ditur a xristo patre septem bo
nis cogitationibus: vt perueniat
ad perfectum statum vite cōtem
plationis: sed asmodeus semper
interficat vt nō producat ad finē

Prima bona cogitatio est: quan
do anima habet bonam volunta
tem tenefaciendo. recte viuendo.
deo seruiendo. p quam bonam vo
luntatem pax dei datur: vt patet
luce primo. **E**t in terra pax homi
nib⁹ bone voluntatis. **T**unc statim

adest asmodeus interficiens istā
bonam cogitationem alia sibi in
gerendo. **S**ecunda bona cogitatio

est contritionis pro peccatis cogi
tans **E**cce tu deum offendisti: deo

habeas cōtritionem. **I**heremias

Velut mare cōtritio tua. **T**ūc sta
tim adest asmodeus dicens. **Q**ua

re vis hoc facere. **C**ū senueris tūc
habeas cōtritionem & in extremis

Nam latro in cruce saluatus ē.

Tercia bona cogitatio ē quā tra
dit ei xpus virtus cōfessionis. vt

homo cōfiteatur omnia peccata su
a q̄ scit cogitare. **S**tatim adest as

modeus suggerens. **Q**uare tu vllēs
presbitero reuelare tua occulta ex

quo tu nō vis dimittere & statim
interficat. **Q**uarta vero cogitatio tra

ditā ē aie vt bona exēpla prebeat
ne ali⁹ ab eo scandalizet. **S**tatim

adest asmodeus dicens **Q**uare tu nō
exhibes te vt placeas hoib⁹. **S**i te

nimis humilias p stulto reputa
beris. **Q**uinta bona cogitatio ē: vt

homo cogitet: q̄ deo a proximo
satisfaciat. tūc statim adē asmode⁹
dicens. Si tu oīa restituas: tunc
nullus dat tibi aliquid. melius ē
vt reserues illa que habes. **Sexta**
cogitatio bona quā tradit xpus
anime est assiduitas orationis.

Vnde cū anima cogitat tu debes
orare: tunc statim adē asmode⁹ di
cens. Si multū oraueris in capite
debilitaris a statu inficit. **Septi**
ma bona cogitacō anime quā tra
dit deus: est honorum verborū au
ditio. a honorum verborū informa
tio. **Ea** hōc cogitante: statim adē
asmodeus infundens verba de tra
ditionis. adulationis. deceptionis a
iurationis. **Sed** tunc anima deu
ta debet surgere a orare: a iecur su
per ignem ponere. idē castitatem
q̄ p iecur intelligit sup ignē dñi
in amoris ponere a fugit asmode
us. a anima traditur xpo a d spō
satur. **Vnde** ait apostolus ad cho
rinthios. Respondi vos vni viro v
ginem habere a virginitatem ser
uare xpi isto: qui diligit castos:
q̄ castitas flos a filius ē a cetera
Secundus demō vocat bel a iste ē
demon gule omnes gulosos dili
gens a sup eos dominās. a ille ex
pellit p mortis memoriā. **De** quo
legimus figurā daniel a Daniel
intrauit templū iuxta babiloni
am in quo templo erat d monū
nomine bel. a ibi erat mēsa ante
simulachū vbi offerebant oues
a farina a vinum. a aliqui hōines

scilicet sacerdotes fecerūt sub terra
neas foueas p quas de nocte intrē
bāt templū: a deuorabant de mē
sa a dixerūt q̄ bel deuoraret. **Tūc**
ait daniel ad principē. **Iste** bel nō
deuorat ista sed seruitores sui. **Pro**
lo hoc pbare. **De** sero obtulit itē
princeps sup mensam bel a dani
el accepit cinerem album a spar
sit circa mensā a clausit templū.
Venit igitur mane pnceps cum
damele ad templum a inuenit ve
stigia in cinere albo sup pavimē
tum a sequebatur vestigia donec
inuenit septuagita viros qui fue
runt seruitores bel. a deuorabant
ista. **Quos** omnes pnceps occidit
a bel destruxit: a demō fugit. **Ita**
spiritaliter omnes potatores ac
substantie pauperū deuoratores
sūt seruitores demonis bel vel pco
li. **Venit** igitur daniel ppheta a p
dicator sternens sup pavimentū
cinerem a memoriā mortis pre
dicando. quia homo cinis est. a in
cinerem spargitur corpus. s. post
mortem. a inuenit homo in omni
bus vestigijs eius nichil nisi cine
rem. **Et** cū homo se recolens cine
rem mensam deuoracōis s bātie
pauperum. a bel destruit a gulas.
a dyabolus fugit. sed illos qui de
uorant de mensa bel: cum venerit
princeps iusticie occidit omnes.
Et ergo melius est nobis q̄ fugi
amus a ejiciamus demonem il
lum p abstinentiam a ieiunium.
Vnde dicit augusti. in quodam

Sermone **I**eiuminum mentem purgat. leuat sensum. cor facit contritum. et expellit dyabolū. **E**t homo sic fit templū dei: qui fuit templū tel p gulam. **T**ercius demon vocatur mammon et iste ē demō male auaricie regnans sup omnes auaros. **V**nde ait dominus in euangelio. **F**acite vobis amicos de mammona iniquitatis et de inuisibilibus rebus quas acquisiūstis per furam. per simoniam. et per auariciam. **Q**uius legimus figuram exodi vicesimotercio. **M**oyse ascendit in montem et erat ibi quādraginta diebus et tot noctibus. **I**nterim fecerūt filij israel vitulū de auro et argento. et ab vno acceperunt anulū. et ab alio ciculum et de omnibus colligebant aurū et argentū et posuerunt super altam statuā. vt deū adorauerūt. **E**t cum moyses descendit de monte in eorū presentia fecit puluerem de eo quem proiecit in aquam. et dedit pecoribus et ipsis bibere. **I**ta spiritualiter **M**agnates filiorum israel sūt diuites huius mundi qui a pauperibus recipiūt quod superflue congregant. et ornamentū quibus p dolum māmone corpis sui adorant. quia plus student congregare q̄ deū adorare. **E**t ideo ait apostolus. **A**uaricia ē p dolum seruitus. **C**um igitur xp̄us descenderit de monte eterno iudicare viuos et mortuos vt super hos diuites suam exerceat iusticiā: tunc

hunc vitulum et corpus tradet in puluerem. et pecuniam pauperibus negatam demones in ignem mittunt et conflagrant. et misera anima bilet eā. **V**nde tunc clamant demones et in os anime aurum et argentū in igne liq̄factū fundūt. **B**ite modo: bite tu aurū et argentum quod semp sitisti. **V**nde gregorius sup matheum. **E**ncient in tenebras exteriores ibi erit fletus et stridor dentium. **D**icit fletus qui venit de ardore. stridor dentium a frigore. **V**bi duplex pena auaris datur. **I**ste igitur demon māmmon expellitur per septem opera misericordie. scilicet. peregrinos hospitando. captiuos redimēdo. nūdos vestiendo. sitientes potando. et infirmos visitando et cetera. **E**t sic stabit homo securus. cum xp̄us descenderit de monte iudicaturus. **Q**uartus demon vocatur lucifer: et iste ē demon supbie. et expellitur per virtutem humilitatis q̄ nullo modo pōt dari. melior medicina infirmo a frigiditate nisi caliditatis medicina. quia contraria contrariis curantur. quia peccatum supbie sup̄ sit exordium ab illo demone lucifero. **D**e quo ait ps̄a. **D**ixit lucifer. **A**scendam super altitudinem nubium: et similis ero altissimo. **I**deo quanto maiore se reputauit et altiore: tanto viliozem superbia eum deiecit. **E**t ideo ipse ē rex super omnes sup̄bos ferens tres malas coronas quas habet

suis se ruitorib⁹. Vnde romani de
 pinge bāt supbiā ad modū dyā
 boli habētis tres coronas. In pri
 ma scribēbat. transcēdo. In secun
 da. nō obedio. In tertia. pturbo.
 Et vna corona fuit sup aliā. Qua
 re ad modū dyabol⁹. q̄ dyabol⁹
 lucifer erat angelus: sed ppter su
 pbiā dīctus. Idē v coronē sup
 bie. In prima corona fuit scrip
 tum transcēdo. q̄ supbus homo
 credit se transcēdere sup oēs hoīes
 totius mundi. vt patet in libro
 machabeorū de antiocho rege qui
 credebāt se ipare ventis et fluctib⁹
 maris. et altitudines montium in
 statera ponderare. et astra celi as
 cendere. et cito venit ad tantā mise
 riā q̄ fuit elect⁹ de exercitu suo. et
 nemo poterat ferre ei⁹ tolerare.
 Et idē iste primā coronā a dyabo
 lo pmeruit. In secūda corona fu
 it scriptū. nō obedio. Et rō est. q̄
 supbus nulli vult obedire. nec su
 periori nec inferiori. vt p̄. iij. R. de
 filiis salomonis qui nolebāt obe
 dire mandatis superiorū: sed sup
 be dixerūt. Minimus digitus nū
 grossior ē toto dorso p̄is. et ideo de
 specti fuerunt ab oī populo. et ali
 os principes elegerunt. Item h⁹
 p̄ de saul. q̄ noluit obedire māda
 tis dī: ideo fuit elect⁹ a regno. Et
 iste pmeruit secūdā coronā dī
 sui dyaboli. In tertia corona fu it
 scriptum pturbo. Et rō est. q̄ sup
 biarius hoīs sepe pturbat totā
 regionē. vt de quodā qui pertur

bauit totam regionē filiorū isrl.
 q̄ omnes leuauerūt manus a da
 mauērūt extra eum ad deū. q̄ p̄
 in secundo libro machab. ca. iij.
 Et ideo iste tertiā coronā pmeru
 it. Et supbi inobedientes hoīes p
 turbantes in oībus excedentes p
 merent. Et ideo vnusquisq̄ debet
 ipsum expellere p humilitatem.
 Et ḡ quo ad thema. Erat ihs ei⁹
 ciens demomū: et illud erat mutū

Dominica letare.

Sermo. xx.

QVm subleuasset oculos
 ihesus et vidisset turbam
 aē. Joh. vi. Nota q̄ in ci
 rijs dñō bene ordinatis vbi ma
 xima d̄ comedere multitudo: req̄
 runt tria. Primo puidētia de necē
 rijs. q̄ puidētia est virtus que p
 curat de futuris contingētib⁹. Ideo
 ait puerbioꝝ sapiens. O pigra
 de ad formicam. disce ab ea puidē
 tiam: que colligit in estate: vnde
 viu at in hyeme. Secūdo debet eē
 ordo seruientū. Nā seruitores qñ
 sunt intelligentes tunc principes
 in hoc laudantur. Tercio requiri
 tur ordinatio sedentium: vt vnus
 quisq̄ sedeat secundum dignita
 tem suam. vt patet in gene. de io
 seph qui posuit fratres suos secu
 dum dignitatem primogeniture